



Universitätsbibliothek Paderborn

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

XVI. Vtrum solam animam hominem constituere dixerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

A tradens animam, incorpoream esse aliquo pacto Platonicę ipsam affirmat. Hæc ait Methodius de Origenē, non Photius de Methodio, qui deinde probat ex hac Origenis opinione consequi corpore animam carere; quia si post excessum è vita corpore tamquam vehiculo & veste indiget, ut pote quæ nuda comprehendendi non possit, utique corpora non est: (valeret enim alioquin eadem argumentatio, quia adversus Vincentium Victorem, animam corpoream esse statuentem usus est Augustinus libr. 1. De anima, cap. 5. Quod vero eam non spiritum, sed corpus esse contendit, quid aiud cunctū efficeret, quam nos non ex anima & corpore, sed ex dubiis vel etiam tribus constare corporibus? Cum enim spiritu, anima, & corpore constar nos dicit, & omnia hæc tria corpora esse asserti, profecto ex tribus corporibus nos putat esse compactos. In qua opinione quanta cum sequatur absurditas, tui potius quam tibi demonstrandum puto.) Cum ergo anima corpus ad-

B ventitum superadduceret Origenes, incorpoream ab eo ipsam necessario haberi Methodius conclusit. Pergit deinde: si incorporea anima est, affectionibus immunis est, nec alieni corporis & mutuatitij moribus obnoxia. Sin affectionibus corporis percellitur, utique incorpoream non est. At una cum corpore mala vel bona patitur, ut eorum qui post mortem videndos se præbuerunt, testimonia confirmant: anima igitur corporea est. Sic itaque ad absurdum & absurdum Origenem adigit Methodius, animam ex eius dictis corpoream esse & incorpoream demontrans. Sentum denique suum ipse aperit, animas corpora esse dicens intelligendi facultate prædicta, membris ratione solum alpestatibilibus instructa, nō quæ adventitio corpore sint induita, sed quæ natura suapte corpora sint. Vera haec est & genuina loci hujus expositio, quam idcirco perleucus sum, ut ne ab infernissimo quidem Adamantij adversario vitio datum fuisse Lester intelligat, quod ab aliis ei fere obiectum est, anima scilicet corpus eum addidisse; sed veriorem & contrario sententiam suggillasse in eodem Methodium, cum deteriori ipse adhaerent.

XVI. Proferendus quoque hic est alter Methodij locus , ex libro De resurrectione à

XVI. Proferendus quoque hic est alter Methodij locus, ex libro De resurrectione a Photio deceptus, unde proxime laudatus itidem petitus est: *αὐτὸν Θεόποντα, φοιτησάντα* σὺν αὐτῷ θεωρεῖς, *εἰς τὸν ψυχήν στρέψαντα*, ἐτί ἀπλάνη σύμμαχος τῷ ψυχήν αὐτῷ τὸ ἄνθρωπον ψυχῆς οὐ στρέψει εἰς μίαν τὴν κράτον μορφὴν ουντέναν· ὁ δὲ ἀεργάντης τῷ ψυχήν μονάδι ἀπλάνην, *αὐτὸν δέ τι πάτερνον*. *Homo*, inquit, ex natura sua verisimile dicitur negare anima sine corpore, negare rūsum corpus sine anima; sed quod ex coalitione anima & corporis in unam pulchri formam constitatur. Origenes autem animam solam, hominem esse dixit, quemadmodum & Plato. Prosternit hic quoque locus Methodij apud Epiphanius Har. 64. cap. 17. sed his postremis truncatus verbis: *αὐτὸν θεόποντα, φοιτησάντα* εἰς τὸ πάτερνον, *αὐτὸν δέ τι πάτερνον*. Eane de suo addiderit Photius, an detraxerit Epiphanius, qui totam Methodij disputationem in epitomen contraxit, dictu facile non est. Ade pro eo, *ὁ δὲ ἀεργάντης*, contrariam lectionem Photianum quendam codicem exhibere; eam scilicet, *ὁ δὲ ἀεργάντης*. Nec mirum foret à Platone Origenem recedere, quem ab eodem recessisse mox vidimus, cum de animis, corporeæ an incorporeæ essent, quereretur.

At fatendum tamen est Origenianorum dogmatum cohærentiam eo nos compellere, ut anima sola constare hominem censuisse Adamantium dicamus. Nam si anima vinculum & cancer corpus est, qui pars hominem componens existimari poterit? Quamquam alia omnia sequi videtur Homil. 29. in Luc. cum ait: *Omnis homo morti subiicit; iste ergo qui nequaquam moritur, iam non est homo, sed Deus est.* quem locum attulimus supra, cum disputaremus an crediderit Christum hominem esse deississe postquam mortuus est. Christum ibi iam hominem non esse affirmat, quia morti iam amplius obnoxius non est: quisquis ergo mori non potest, homo non est ex Origenis sententia: at anima humana à corpore sejuncta mori non potest: anima igitur ex decreto Origenis homo non est. Quod absque ambage asserit, hæc verba Psalmi 118. v. 50. interpretans in Catena Corderiana: *Hec me consolata est in humilitate mea.* ζων ή υεδύτης, inquit, ειν αὐτούσιον, ρρό τοι δέ ψυχή, τοι ιδιαίς ζωοί, ήδε απόθετη μαρτυρίου, ειπε τοι αὐτογράφοις ή λύγει. ει γάρ ει το εγώ είμαι τοι ειπε η ζωή, τοι αὐτοζωοτοις ο περινομας: οδός ήδε οντειστοις τοι τοδινοτοις η ζωή είσαι, οικιστοις το ζωογονοτοις, μήτι διον οι σύντομοι οδοί η ζωοποιοτοις οι, η δοκολοδινοις εγών μεταξι, ει οι ή αιστοτοις νομοις. Concurrent hæc adversa fronte cum superioribus, & alterutra cadat accusatio necesse est.

Anima sola constare hominem asseveravit Plato in Alcibiade 1. quem secutus est Plotinus Enn. 1. libr. Hanc sententiam veteres secutus Academicos damnavit Varro , ut est apud Augustinum libr. 19. De Civit. Dei, cap. 3. Instituti vero à Platone Haretici quidam, sententiamque ejus affectati, Tertulliani castigationem senserunt. Sic enim ille libr. De resurrect. carnis, cap. 40. *Nacta denique heretice duos homines ab Apostolo editor, interiorem, id est animam; & exterioriem, id est carnem; salutem quidem anime, id est interiori homini; existim vero carni, id est exteriori adjudicaverant, quia scriptum sit Corinthis: Nam est homo noster exterior cortam- piur, sed interior renovatur de die & die. Porro nec anima per semetipsum homo, qua figura iam ho-*

mini appellata postea inserita est; nec eas sine anima homo, qua post exilium anime cadaver inscribitur. A His Hæreticis ascensus est Origenes, & post Origenem Anobius libr. 2. adv. Gent. *Quid enim sumus homines, inquit, nisi anima corporibus clausi?* & multo post Hugo à Sancto Victore, cum probare vellet toto illo triduo quo Christus jacuit in sepulchro Verbum hominem fuisse: hac enim ratione utitur, sola anima constitare hominem, animas autem Christi à corpore disjuncta adhæsere Verbum, Verbum igitur nihilo minus fuisse hominem, quam dum anima corpori esset connexa. Denique opinionem eamdem tuitus est proavorum nostrorum memoria Franciscus Georgius Tom. 1. Probl. 26, 27.

XVII. Credita illa & asserta ab Origene animarum *τελείωσις*, earumdem quoque *μεταμόρφωσιν* cur admireret, causæ fuit, ut diximus: nam cum animas pro peccatorum, virtutumve ratione & modo, vel Angelorum consequi dignitatem, vel crassioribus hominum, Dæmonumve corporibus adnæcti, & perpetua utentes arbitrij libertate, iterum iterumque vel recte vel male agere posse crederet, necessaria argumentorum consequentia eo adducebatur, ut animas hominum iterum iterumque subire posse fatetur hominum corpora vel Dæmonum. Atque illa est tam de cantata, toties explosa Origenis *τετραγωνού*, quasi dies, *Transincorosatio*; quæ & *τετραγωνού* appellari potest, quod redde quæsas, *Transinanimatio*. Pilchrel dogmatis utriusque connexionem vidit Gregorius Nyssenus apud Iustinianum in Epistola ad Menam Patriarcham, & in Origene reprehendit. Quemadmodum autem dupliciter vox ista, *τετραγωνού*, vulgo usurpat, vel pro transitu animæ ex humano corpore in humanum corpus; vel pro migratione animæ ex humano corpore in plantæ corpus vel pecudis, quam propugnat Pythagoras, quamque peculiari libello Iamblichus confutavit: ita juxta Origenianam doctrinam distingueda est migratio animæ ratione prædicta è cœlesti, vel humano, vel dæmonico corpore in pecudis corpus, & vicissim; à migratione animæ rationalis quæ corpora inter cœlestia, humana, & Dæmonica, circa bellum, aliave quælibet perficitur. Atque hanc posteriorem tuitum esse Origenem, ut pote ex eius aptam principiis, negari non potest. Vnde Anonymous Photij Cod. 117. culpatum cum refert, quod dixerit: *Ἐν τῷ στοιχεῖῳ Λύχον, ἡ τὸ αἴσθητον Σερβορις animam, ipsam Adami animam fuisse*: quod ita accipio, quæ fuerat Adami anima, eam in corpus Særvatoris multis post seculis transisse. Vnde & Theophilus Origenem dixisse ait hominem crebrius mori; quod non aliter intelligo, quam animas sapenumero è corporibus in corpora transire, & *τετραγωνού*.

XVIII. Verum priorem quoque *τετραγωνού*, quæ Pythagorica est, tenuisse illum Veteres multi vociferantur. Crimini id ipsi datum fuisse narrant Pamphilus in Apologia, & saepè laudatus Anonymous Photij. Hieronymus cuius verba supra recitavimus ex Epist. 59. ad Avit. cap. 1, 2, & 4, & libr. 2. Apolog. adv. Rufin. cap. 4, Origenem incessit erroris ejusdem nomine, quem libro 1. *τετραγωνού* haberi dicit. Loca ipsa Origenis descripsit Iustinianus ad calcem Epistolæ ad Menam, quæ cum in his libris hodie non compareant, verisimile est à Rufino fuisse suppressa. Pepercit nomini Origenis Philastrius, rem ipsam tetigit, atque hoc argumento confutavit, quod anima postquam corpore soluta est, in locum statutum dederat ab Angelo, ut pro meritis suis exornetur.

XIX. Reæte quidem accusationi suæ consuluit Iustinianus, cum Origenis verba ipsa descripsit, quibus absurdum illud & impium dogma continetur; tam frequentibus quippe & apertis testimoniis alibi repudiavit illud Adamantius, & damnavit, vix ut in animum inducere possim, hominem, non iam dico summa florentem eruditio & ingenio, sed non vacordem omnino & insanum, tam repugnantia sibi & contraria uno codemque ore pronuntiasse. In hoc ipso quippe, quod laudat Iustinianus, opere De principiis, libr. 1. cap. ultimo, ita dixerit: *Illa sane nos nequaquam recipienda censemus, que & à qubusdam superfluo vel requiri vel adstrui solent, id est, quod anima in tantum sui decessum veniant, ut naturæ rationalis ac dignitatis oblitæ etiam in ordinem irrationalium animalium, vel bestiarum, vel pecudum devolvantur.* Reliquo studio brevitas prætermitto, quæ tamen ad rem faciunt. Et libr. 1. De resurrectione, quem locum exhibet Pamphilus: *sed sicut, inquit, non est putandum quod animalium corpus accepturus sit peccator, aut volucrum, aut piscium; sic neque Solis, aut Lune, aut Stellarum formam sperandum est accipere eos qui resurgent in gloria; sed exempli causa dicta, hac ab Apostolo sentiendum est, ut designetur per hec, quod alii pro meritis suis honorabiliores & clariores erant, beatiora quoque habitacula fortiori; aliorum vero indigenissimus & abjectissimus pro gestorum sceleri erit status, qui etiam mortis animalibus dignus sit comparari.* Quæ si quis à Rufino vel perverba vel inserta caueretur, quid adversus illud excipiet è libr. 4. contr. Cels. ei dicitur *ἐν λόγῳ ἐρώτει (νέλσον) πάπολον τὸν οἰκεῖον ζῶν, καὶ τὸ γῆρας φερόντες δὲ εἰς τὰς ἀντικαὶ τοῖς ἄλλοις αἴροντες, τοῦτο τὸν οἶκον εἰς θεῖον εἰργάζουσαν σῶμα, καὶ τὸ πλατεῖον μετανομαζόμενον, ἀλλὰ τοῦτο τὸν οἶκον οὐκέτε τοιούτος.* Quod si intellexisset (Celsus) quid sequatur animam in eterna futuram vita, & quid sit sentiendum de ejus substantia & principijs, non ita suggillasset immortalem in mortale